

*Conradus de Nendorpe*

In nomine Domini, amen.

5 Ego, Conradus de Nendorpe, compos mentis et rationis, licet corpore debilis, si morte preventus fuero in hunc modum meum preordino testamentum.

Primo do, lego et assigno ad structuram ecclesie Sancti Nicolai XX marcas, et do ad perpetuum lumen, pendens coram Corpore Cristi in eadem ecclesia, V marcas, et in eadem ecclesia eligo meam sepulturam. Item volo quod ematur mihi silex, liksten dictus, pro XX marcis. Item volo quod ematur mihi frustum sericeum pro XX marcis, 10 quod vero frustum sericeum do ad usum dicte ecclesie Sancti Nicolai. Item do vice-rectori ibidem II marcas, et do cuilibet capellano ibidem I marcam.

Item do ad structuram ecclesie fratrum minorum V marcas et V porcorum carnes, et do fratri Jacobo ibidem I marcam. Item do <ad> structuram ecclesie fratrum 15 predicatorum in Hamborgh V marcas et V porcorum carnes. Item do ad structuram ecclesie Sancti Petri X marcas. Item do ad structuram ecclesie Sancti Jacobi V marcas. Item do ad structuram ecclesie Sancte Katerine V marcas. Item do ad structuram Sancte Marie tome Schore V marcas. Item do ad structuram ecclesie sanctimonialium in Lune prope Luneborgh VI marcas. Item do ad structuram ecclesie to Lo prope Nigenborgh X marcas. Item do ad structuram ecclesie sanctimonialium in Nendorpe 20 XX marcas.

Item do ad structuram ecclesie Sancti Viti in Leworden V marcas, et do fratribus predicatoribus ibidem V marcas, et do fratri Jacobo ibidem I marcam, et do wittebroder Doden ibidem I marcam. Item do ad structuram ecclesie Sancte Marie ibidem 25 XXIII solidos, et do bagutis ibidem I marcam, et do Eleken, bagute ibidem, I marcam. Item do Remmeken Simons sone ibidem V marcas. Item do Woltero Hillebrandes sone ibidem XII½ marcas.

Item do Ziburghe, uxori mee, primo et principaliter ante divisionem de parte meorum bonorum que mihi post mortem cedi poterit, L marcas et omnes vestes suas ad corpus suum inscisas et omnia fabrilia argentea, tam ad vestes ipsius quam ad 30 mensam nostram pertinencia, proprie cledersmide et tafelsmide appellata, et omnia nostra utensilia maiora et minora et omnia nostra lectisternia.

Item do Greten, sorori mee, XX marcas. Item do Johanni vamme Lo, fratri meo, omnia arma mea et meum cingulum argenteum et XV marcas. Item do Hinrico, fratri meo, XV marcas. Item do Alleken, matertere mee, XV marcas. Item do Metteken, matertere, XV marcas et novam tunicam de anglico panno duplicis latitudinis. Item 35 do Johanni Vresen X marcas. Item volo quod ematur mihi griseus pannus pro IIII marcis, et ponatur super tumbam meam, et donetur pauperibus propter Deum. Item do Conrado van der Siden V marcas, griseam tunicam, griseam togam, griseum capucium, ferialem meam togam et fuscam tunicam, et do Gheseken, filie eiusdem 40 Conradi, V marcas. Item filio Alleken Duses in Bremen II marcas. Item do iuniori Hennekino Drakenborgh V marcas. Item do Johanni de Bremen X marcas, cistam et duo paria novarum caligarum.

Item obligor pro vulneribus Johanni Vedeler factis in XII solidis antiquorum grossorum, de quibus expo<s>ui III antiquos schilde, et Siburg, uxor mea, dabit 45 proximis dicti Johannis Vedeler IX solidos antiquorum grossorum.

Item omnes donaciones predictae debent recipi de parte bonorum meorum que mihi

post mortem meam cedi poterit. Et omnia residua bona mea que michi post mortem  
cedi poterint, provisores mei infrascripti pro salute anime mee pauperibus erogabunt.  
In provisores meos eligo Marquardum Berchsteden, Johannem Oldendorp et  
Johannem de Bremen, avunculum meum. Hec enim omnia grata et rata tenebo donec  
5 ea notorie contradicam. Protestor eciam in presenti testamento quod omnia bona mea  
cum adiutorio Dei et cum meis laboribus acquisivi et nulla bona hereditaria sublevavi.  
Actum anno Domini M° CCC° LXX° tercio, feria sexta post Ad vincula Petri,  
presentibus dominis nostris consulibus Heynone Vermerschen et Marquardo  
Woldemers.

10 *Origineel: A. Staatsarchiv Hamburg, Archiv Senat, Classis X Volumen 4 Series I, 1373*  
*Aug. 5. Perkament, deel van chirograaf.*  
*Druk: a. Hamburger Testamente, nr 30.*

2

1376 januari 23

*Syborch, vrouw van Heyno Vloghelingh*

15 In nomine Domini, amen.  
Anno nativitatis eiusdem M° CCC° LXXVI°, feria quarta ante festum Beati Pauli  
apostoli, ego, Syborch, uxor Heynonis Vloghelingh, corpore licet infirma, mentis  
tamen compos et racionis, meum preordino testamentum.  
20 Primo de bonis meis do et assigno fratri meo, dicto Remmeke, centum marcas  
Lubicenses. Item Hillegundi, sorori mee, centum marcas. Item do prefatis fratri et  
sorori mee omnem partem hereditatis in terra Frisonie ad me spectantem, equaliter  
dividendo. Ali<i>s vero duabus meis sororibus, scilicet Eweken et Hylleken, proprie  
mynen halvesteren, do unicuique XII paria perechilidum, proprie mowenspanghen.  
Item do Elteken, mee sorori, annulum meum aureum meliorem, cum uno annulo ha-  
25 bente rubeum lapidem. Item do uxori fratris mei meum cingulum argenteum et unum  
nodum ante togam meam pendentem et duo paria spanghen dicta.  
Item do ad structuram ecclesie Sancti Viti in Lewerden V marcas. Item do ad  
structuram ecclesie Sancti Johannis ibidem V marcas. Item fratri Toden, ibidem  
monacho, III marcas, et fratri Jacobo unam marcam. Item fratri Tyerten dicto unam  
30 marcam. Item monialibus ibidem II marcas ad cervisiam. Item do Elleken, moniali,  
unam marcam. Item do Rynghelen, quondam ancille mee, unam marcam. Item do  
Beate Virgini in Nigenhove II marcas. Item do ad structuram ecclesie Sancti  
Mychahelis in Berlekom II marcas.  
35 Item ad structuram ecclesie Sancti Nicolai in Hamborch do V marcas. Item Corpori  
Cristi do meam mixtam togam blaveam. Item do eiusdem ecclesie rectori unam  
marcam, et cuilibet cappellano VIII <solidos>. Item do III marcas ad missam primam,  
scilicet nautarum, in eadem ecclesiam tenendam. Item do ad structuram cappelle apud  
Schore III marcas. Item ad structuram claustrum barvotorum do VI marcas, pro quibus  
carnes recipiant. Item ad ecclesiam Sancti Johannis VI marcas, pro quibus Marquardus  
40 Berchstede fratribus lateres ad tegendam ecclesiam, proprie dacsten, presentabit. Item  
ad structuram ecclesie Sancti Petri III marcas. Item ad ecclesie structuram Sancti  
Jacobi II marcas. Item ad ecclesiam Sancte Katherine III marcas.

2

- Item do Aleken, sorori Conradi de Lewerden, X marcas ad ambulandam Romanam viam. Item do XII marcas ad emendum unum frustum cericum, unde una casula preparari valeat, quam habebit frater Heynonis Vlogheling si in presbiterum ordinetur; si vero non, tunc in honorem Dei dabitur, ubi Heynoni Vloghelinghe utile videtur.
- 5 Item V marcas pro uno panno griseo. Item do fratri Jacobo in claustro Beate Marie Magdalene II marcas, quas exponet Steffen Willebrand. Item do Beken Sipsen unam marcarn. Item III marcas pro cera. Item do II marcas pro vigiliis legendis. Item do Metteken, filie Conradi van der Syden, meam togam dieticam cum mea tunica rubea. Item do Ghertrudi, eiusdem Conradi filie, meam viridem tunicam. Item adhuc dari<sup>a</sup>
- 10 oportent VI marce pro homicidio per Conradum facto. Item do III marcas pro missis legendis et pauperibus dandis.
- Item de prefatis II<sup>c</sup> marcis Heyno Vloghelingh fratri meo et sorori mee prescriptis unicuique suam dimidietatem in prompto dare tenetur, reliquam vero infra spacium istius anni.
- 15 Item do et assigno marito meo, Heynoni Vloghelingh, omnia mea bona huic testamento superexistencia, tam in civitate quam extra, sine contradictione omnium amicorum meorum firmiter optinendo et possidendo.
- Et modo prenarrato presens testamentum firmum et incorruptum habebit processum, ita videlicet quod decimus denarius super prefati testamenti expositionem
- 20 per Heynonem Vloghelingh dominis consulibus certificetur.
- Testes huius rei sunt viri honesti et discreti domini Nicolaus Rode et Ludolfus Holdenstede, consules, Marquardus Berchstede, Johannes Volkers sone, Symon Ribben sone et Hennekinus de Bremen funifex, qui ad presencia sunt ordinati pariter et rogati.
- 25 *Origineel: A. Staatsarchiv Hamburg, Archiv Senat, Classis X Volumen 4 Series I, 1376 Jan. 23. Perkament, deel van chirograaf.  
Druk: a. Hamburger Testamente, nr 35.*

3

1401 juli 27 of 28

*Clothus Benth*

- 30 Universis praesentia visuris, lecturis et auditoris ego, Clothus Benth, parochianus Rawerderhem, deduco per praesentes ..., licet sanus corpore composque mentis fuerim, tamen praenosco communem viam mortis affuturam, quam praevenire volo ordinatione testamenti, itaque de concilio domini Sifridi, mei curati in Rawe<r>derhem, ac aliorum testium praesentis infrascriptorum ad hoc specialiter
- 35 vocatorum et rogatorum, meum condo et condidi testamentum, meisque de bonis<sup>b</sup> in hunc modum, ac deliberato et maturo concilio.
- In primis Sicconem Ydszarda, Tzalenghum Fethza et eius fratrum Poptatum<sup>c</sup>,

---

<sup>a</sup> A: dare.

<sup>b</sup> Hier ontbreekt een woord als: dispono.

40 <sup>c</sup> In plaats van fratrum Poptatum in a: fratres Poptacum.

parochianos Popengwere, Rawerderhem et Solis, haeredes instituo meorum omnium bonorum mobilium et immobilium, legatis et donationibus exceptis, in modum qui sequitur. Ita vero quod Poptatus praedictus habebit in praerogativis castrum Benta, domum et aream cum sex talentis novae terrae praesentis, sibi antea convenientibus propter quotidiana sciencia<sup>a</sup> amicorum, et quod respondebit presbyteris in Rauwerderhem in partitionibus cum sexta feria et annuatim in anniversariis videlicet Odulfi, Dode Tzialengi<sup>b</sup> et mei, perpetuis temporibus duraturis. In caeteris bonis domus Benta praedia haeredibus aequaliter dividi volo. Item praedia domus praedictae Poptatus a praedictis haeredibus in huiris habebit, et de huiris illis respondebit secundum modum et consuetudinem terrae. Item si Poptato et suis prius mori contigerit et mater pupillorum seu puerorum superstes fuerit, extunc volo quod tantum tertia pars castrum cum caeteris praerogativis devolvantur ad matrem pupillorum<sup>c</sup> seu puerorum Poptati, et duas partes ad Sicconem et Tzialengum seu eorum successoribus, in forma ut praefertur.

Item do et assigno Anseke, meae uxori, quousque vixerit castrum Fetza, domum, aream et omnia praedia sicut sunt: seminalia, pascualia sive etiam graminalia ad eandem domum usque ad haec tempora usufructuata, ea conditione adiecta quod annuatim respondebit presbyteris in Rauwerderhem in duobus anniversariis, perpetuis temporibus duraturis, videlicet Taetke et Graetke, necnon et propter cotidiana sciencia<sup>d</sup> amicorum. Deinde post obitum Anseke antedictae praedicta bona ad haeredes meos<sup>e</sup> et successoribus eorum devolvantur. Item si Anseka antedicta castrum vel domum construere vel renovare voluerit, extunc haeredes ..... in illis succedent, nisi ipsa ex proprio motu et voluntate in suo testamento aliter ordinaverit. Item volo ut antedicta Anseka inhabitet domum Fethsa. Item domus Benta, Feddingahus et domus in Monekagha manebunt abbatis divisione, ita videlicet quod haeredes mei manebunt cum domo alia in Benca et Anzeka cum illis domibus in Feddigahus et Monekagha. Item Anzeka manebit absque divisione cum omnibus suis vestimentis necnon caeteris clenodiis auri vel argenti<sup>f</sup> ac etiam propinatoriis, et similiter mei heredes manebunt cum meis vestimentis, clenodiis auri et argenti ac eorum propinatoriis vasis abbatis divisione. Item assigno patrono in Rauwerderhem post obitum Anseke aream Dodonis lusci cum alia area prope infra domos Dodonis praedicti et Andriae in aggere situatis.

Item si heredibus meis et Anzekae in divisione bonorum mobilium discordia contigerit, extunc volo quod dominus Sifridus, curatus loci praedictus, Sicco in Hemga et Sidachus Gekengha ordinabunt ut temporis expeditione melius videtur. Item mei heredes respondebunt de legatis meis, quae in summa XXX<sup>ta</sup> scutatorum, infra annum, vel patronus in Rauwerderhem succedet a duabus .... terrae seminalis de melioribus et propinquieribus domus Benca. Item si praedicti mei heredes meum antedictum testamentum impugnaverint, extunc do patrono in Rauwerderhem duas partes omnium bonorum meorum immobilium, et haeredes tantum manebunt in tertia parte.

---

<sup>a</sup> a: s cia.

<sup>b</sup> a: Sciakengi.

<sup>c</sup> a: pupil.

<sup>d</sup> a: scia.

45 <sup>e</sup> a: mei.

<sup>f</sup> In plaats van vel argenti in a: verargenti.

Hanc autem voluntatem valere volo iure testamenti aut cuiuscunque ultimae voluntatis, quo melius possit subsistere et valere.

In cuius rei testimonium sigillum meum Benca cum sigillis discretorum virorum testium ad hoc specialiter vocatorum<sup>a</sup> et rogatorum, videlicet Sicconis in Hemga, 5 Sidachi Gekenga, Duconis in Hemga et Renici fratris et .....

Datum anno Domini M quadringentesimo primo, feria<sup>b</sup> quanta<sup>c</sup> post Jacobi apostoli maioris.

*Origineel (A) noch afschriften voorhanden.*

10 *Druk: a. Schotanus, Tablinum, 68-69 (naar A?). Opschrift: Clothi Bentha, parochiani in Rauwerderhem testamentum, ubi et uxoris meminit.*

4

1407 november 25

### *Mammo Mammingha*

Jarichus de Horslant, ecclesiae Sanctae Mariae in Leuwardia curatus, et Hayko, vicarius ibidem, frater Albertus, vicegardianus fratrum minorum conventus Bodils- 15 werdiensis, Focko de Ullauird, praedictae ecclesiae Sanctae Mariae parochianus, ac Folpertus Ulricsma, assertus ecclesiae in Menaldum parochianus, notum facimus universis tenore praesentium publice protestando quod nobilis et discretus vir Mammo dictus Mammingha, sanus mente et corpore, in nostra et testium infrascriptorum praesentia, ob hoc personaliter constitutus, considerans nichil certius morte et nihil 20 incertius mortis hora, suum testamentum seu ultimam suam voluntatem in modum qui sequitur disposuit, fecit et ordinavit.

Primo sepulturam suam apud fratres praedicatorum in Leuwardia elegit, et dispositionem legatorum suorum ibidem et alibi domino Jaricho et Fockoni in Ullauerd, cognatis suis, commisit.

25 Item pueros suos legitimos seu puerum, si quos aut quem mortis suae tempore haberet, verum et legitimum haeredem instituit, et substitutionem ipsis Jaricho et Fockoni commisit. Et si sine liberis decederet, Beatissimam Virginem et Beatam Katarinam in ecclesia Sanctae Mariae in Leuwardia ad unam praebendam et Christi pauperes in tertia parte omnium bonorum suorum, aliorum et bassorum, haeredes libere constituit. Item Nycholaum ..... Kaldahole, Ludkam, suam sororem, et Ankam, 30 filiam fratris sui Dyonis, in duabus partibus aliorum omnium bonorum suorum, cum suis honoribus et oneribus, aequaliter haeredes instituit. Et si bona sua praedicta ad Wallam Stziallingis vel ad Katharinam fuerint devoluta, in istis substitutionem praedictis domino Jaricho et Fockoni commisit.

35 Item dispositionem donationis Heemke fiende, ipsis Jaricho et Fockoni commisit. Item dispositionem voluntatis suae circa Adonem et Feddeconem, fratres suos illegitimos, praedictis domino Jaricho et Fockoni commisit. Item Fockoni in Ullawerd

---

<sup>a</sup> a: vocatrum.

<sup>b</sup> a: pria.

40 <sup>c</sup> Lees: quarta of: quinta.

5 dedit unum domistadium sive aream de domistadiis seu areis situatis in Dowama  
campe, mediocrem, pro multis beneficiis. Item literas sigillo suo proprio et sigillis  
venerabilium virorum Fockonis predicti et Hoeckonis Mennema, suorum cognatorum,  
sigillis ad rogatum suum sigillatas, et domino Jaricho praedicto datas, innovavit,  
confirmavit et ratificavit. Caetera omnia utilia, necessaria et requisita ad suum testa-  
mentum seu ultimam suam voluntatem, praedictis domino Jaricho et Fockoni seu  
eorum alteri, alio tamen prius de medio sublato.

10 Et hoc ultimum suum testamentum seu ultimam suam voluntatem esse voluit, quod  
seu quam valere voluit iure testamenti, codicillorum, seu iure cuiuslibet alterius  
ultimae voluntatis. Quod suum ultimum testamentum seu quam ultimam suam volun-  
tatem omnibus suis testamentis seu omnibus suis ultimis voluntatibus, tam factis quam  
de caetero fiendis, praesesse, praeferrere voluit et praevalere.

15 Et si quis haeredum, legatorum donatariorumque hoc suum testamentum in iudicio  
contentiose seu extra iudicium voluntarie refrigerit, infringentem voluit esse expertem  
omnium bonorum et haereditatis de iure communi, seu iure testamenti, seu qualitate  
altera competentium, et quemlibet haeredem ipsum suum testamentum seu suam ulti-  
mam voluntatem servantem contra infringentem, voluit proinde haeredem.

20 Actionum nostrarum testimonio litterarum nostris sigillis sigillatarum actum et  
factum in Leuwardia, in domo habitationis domini Jarichi predicti, anno Domini  
millesimo quadringentesimo septimo, ipso die Beatae Katharinae martyris et virginis,  
hora nona vel quasi<sup>a</sup>, praesentibus ibidem venerabilibus viris nobilibus suprascriptis,  
una cum Heynone, famulo et coco domini Jarichi supradicti, Wybone, famulo et  
armigero Fockonis praenominati, ac aliis fidedignis testibus ad praemissa rogatis et  
requisitis.

25 Et nos, Jarichus, frater Albertus, Focko et Foelpertus, praedicti humani testamenti  
seu ultimae voluntatis factioni, ac omnibus et singulis praemissis, dum sic inpraesentiarum  
agerentur et fierent, una cum praemonitis testibus praesentes interfuimus,  
eaeque sic fieri vidimus et audivimus, nos hic superscripsimus requisiti sigilla nostra  
solita et consueta appendimus in testimonium omnium praemissorum.

30 Datum per copiam sub sigillo domini Jarichi supradicti.

*Origineel (A) niet voorhanden.*

*Afschrift: B (gelijktijdig, bezegeld door heer Jarich, verwant van de testateur en  
executeur-testamentair, naar A). Niet voorhanden.*

35 *Druk: a. Schotanus, Tablinum, 69-70 (naar B). Opschrift: Testamentum nobilis viri  
Mammonis Mamminga in Leuwardia, 1407.*

---

<sup>a</sup> a: quarta.

*Katerina Siarsma*

5 Noverint universi ac singuli quorum interest vel interesse contigit in futurum, quod nos, fratres Yvo et Ulricus, priores in Bethlehem et Nazareth, hiis presentibus publice recognoscimus et protestamus quod honesta matrona Katerina Siarsma de Berdawerd, pro nunc familiaris in praedicto conventu in Bethlehem, gravi detenta infirmitate, tale ut sequitur, in nostra ac aliorum fidedignorum <presentia> condidit testamentum, a qua infirmitate postea plene reconvaleuit, hoc idem testamentum firmiter roboravit.

10 In primis quod Camponem, filium Wiardi et Ludde in Liussenze, suum verum et legitimum heredem instituit, sub forma prout insequitur infra, videlicet quod eidem Camponi<sup>a</sup> castrum cum fundo et cum omnibus prediis infra fossatum villae et octo uncias quae vulgariter dicitur Dychte, dedit et assignavit, tali condicione adiecta quod ipse personaliter ibidem habitare debet, et pro mortuariis ecclesiae et aliis oneribus<sup>b</sup> sacris facere teneatur<sup>c</sup>, nichilominus cum in omnibus bonis dictae Katherinae cum aliis heredibus aequaliter succedendis.

15 Insuper assignavit Jadde et Liubbeke, cognatis suis, sanctimonialibus in Bethlehem, septem talentata cum dimidio in Boingmera situata, quorum quatuor post mortem ambarum ad Sionem Clatirsma et tres cum dimidio<sup>d</sup> ad usum sanctimonialium in Bethlehem perpetuo debent devolvi, ita quod nullus de conventu praedicta praedia quovismodo potest alienare.

20 Insuper praedicti Campo et Syo, Wbko, Wieke in Leckum, Beike, Eteke, Galteke, Wieko et Atte in caeteris bonis quae ipsa Katherina in morte relinquerit<sup>e</sup>, aequaliter succedant, salvo sibi reservata proprietate omnium bonorum quamdiu vixerit in humanis.

25 In quorum omnium et singulorum testimonium sigillum meum, videlicet Yvonis praedicti et secretum abbatis Claricampi ex parte fratris Ulricis in Nazareth prioris, qui sigillo non utitur, hiis praesentibus sunt appensa.

Datum anno Domini M CCCC IX, Benedicti abbatis.

*Origineel (A) niet voorhanden.*

30 *Afschrift: B (17de eeuw, door S.A. Gabbema, naar A?). Provinciale Bibliotheek van Friesland te Leeuwarden, Collectie Handschriften, 9056 Hs. O<sup>2</sup> (Copiarium Frisiacarum) 41-44. Opschrift: Fen Katerina Siarsma fen Berdawert.*

*De datering heeft betrekking op de bevestiging van het kennelijk eerder gemaakte testament.*

---

35 <sup>a</sup> B: Camponem.

<sup>b</sup> B: oreribus.

<sup>c</sup> B: tenteatur.

<sup>d</sup> B: dimidia.

<sup>e</sup> B: relinquit.

*Ducko Onnama*

In nomine Domini, amen.

5 Universis Christi fidelibus presencia visuris seu auditoris nos, frater Thadeus, permissione divina abbas Sancte Marie in Clarocampo, Geno, curatus in Dontimwald, Johannes, curatus in Rensmagaest, Wilhelmus, curatus in Ewert, Hobbrandus, vicarius perpetuus in Dockum, Jaricus Jargisma, Dodo Doingha, hiis presencibus cupimus fore notum publice protestando quod honorabilis vir et discretus Ducko Onnama, quondam parrochianus ecclesie in Dontimwald, nunc autem commensalis domini 10 abbatis Claricampi, in lecto sue egretudinis decumbens, licet corpore debilis, compos tamen mentis et rationis existens, saluti anime sue consulere desiderans, ne ipsum omnino intestatum decedere contingeret, ordinavit et disposuit in nostra presencia de universis et singulis rebus et bonis suis, tam mobilibus quam immobilibus, pro tunc memorie sue occurrentibus, hancque ordinationem et dispositionem esse voluit suum 15 testamentum seu ultimam suam voluntatem, et si iure testamenti non valeret defectu alicuius sollempnitatis vel alias ex quacunque causa, valeat iure codicillorum aut donationum causa mortis, vel inter vivos, vel ad pias causas, vel alterius cuiuscunque ultime voluntatis, quo melius subsistere poterit ac valere, et expresse revocavit et annullavit et nullius vigoris esse voluit quamcunque aliam ordinationem, dispositionem, testamentum aut ultimam voluntatem, si quam ipse testator presens fecisse 20 reperiatur, sola sua presenti voluntate robur efficaciam et effectum habuerit, ordinavit itaque et confirmavit suam ultimam voluntatem seu testamentum in hunc modum.

In primis siquidem dictus testator volens respicere suam ecclesiam legavit, dedit ac deputavit suo patrono Sancto Benedicto ad edificationem ecclesie in Dontimwald 25 Clamsma heerwarra totaliter. Item legavit ac deputavit ibidem curato pro tempore existenti sex talentatas terre in da Deelcampe situatas. Item legavit centum talenta bone monete dividenda sicut consuetudinis est, et hec domum eius possidens et inhabitans persolvebit.

Item dedit et legavit domino abbati Claricampi suum equum meliorem, et conventui ibidem par boum. Insuper testator predictus libere legavit ac dedit fratribus presbiteris in Clarocampo, ubi suam elegit sepulturam, decem talentatas terre circa tugurium Petri Lichtwoets ex parte occidentali, et novem ibidem ex parte orientali situatas. Item quinque talentatas terre in Remka werrim et unam buppa da Dellim 35 eisdem presbiteris communiter legavit pro sui perpetua memoria habenda, adiciens insuper quod si predicti fratres presbiteri de predictis prediis a quoquam hominum, quod absit, ex parte domus Onnama molestarentur seu alienarentur, extunc heredes ipsius prenominatis fratribus equivalentia predia dabunt et alibi demniabunt. Item legavit ad sacristiam Claricampi scutum. Item legavit specialiter fratri Wyghero, suo confessori, unum scutum.

40 Item dedit et legavit Sancto Martino, patrono in Dockum, agrum paludis iuxta paludes Dodonis Doyingha ex occidentali parte situatum. Insuper legavit quatuor conventibus monialium, videlicet Syon, Warde, Ghernauert et Betlehem, cuilibet duas lagenas cervisie. Item legavit presbitero pro tempore existenti in Ewert novem unciatas terre, ex occidentali parte Murrimma therp sitas. Item legavit presbitero in 45 Renismagast undecim unciatas terre in da Garrim iacentes. Preterea antedictus testator dedit ac deputavit specialiter possidenti et inhabitanti domum Onnamam quatuor



talentatas terre, in der Wester uutfenna buta da Merslate sitas, et quinque ageros buppa da huise in der huiswere sitas, et ille de istis presbitero pro oneribus animarum plenarie respondebit.

5 Item dedit filio Dodonis, filii sui, Gherulds heerware, octo talentatas terre, in da Orendem der geyth on Sibers meda situatas. Item dedit filie Dodonis, filii sui, novem talentatas terre, quintumdimidium in Sibers meda et quintumdimidium in der West meda sitas. Item dedit eisdem pueris in similem quartumdimidiam virgam paludis, up van Dontuma szerka iacentem, sub hac conditione: si antedicti pueri Dodonis infra 10 annos distinctionis ac sine liberi decesserint, extunc premissa bona ipsis data post mortem ultimi ad domum Onnama devolventur et revertentur. Item dedit ac deputavit pueris antedictis omnia bona mobilia qua pro nunc in domo Onnama sunt, et cetera clenodia aurea et argentea qua a Beyka Onnama habentur ac eisdem reserventur.

15 Item dedit ac deputavit uxori sue Beyke Cupersma hala stadza et dimidium campum upper Wyke wal ad usum vite sue, post cuius mortem ad domum Onnama devolventur et revertentur.

Item dedit Juweconi scolari, filio Tako Jeuwingha, sex talentatas terre, ex occidentali parte der Mena were sitas. Item dedit Wyrdacho sartori in Dockum, pro debitis et donationibus caritatis, sex talentatas terre, in der Alda meda locatas, perpetue possidendas. Item dedit Ulderico Uibronti viginti octi pedes albe paludis. Item dedit 20 Bockoni, filio Dodonis Doyngha, quatuor talentatas terre, in der Uutfenna iacentes, perpetue duraturum.

Insuper sepenominatus testator proinde, considerans testamentum fore cassu<m> et irritum absque institutione heredis, ideoque Bettekam et Wapekam, duas sorores Ewyngha, instituit heredes veras et legitimas domus et domistadii Onnama, ita tamen 25 quod cetera bona, exceptis donis datis et legatis, ad omnes alios iure hereditario heredes dividantur et divolventur.

Talem adiciens penam quod quicumque homo presens testamentum inpugnaret seu infringere presumpseret, si sit donatarius, a donatione privetur, si heres, ab hereditate repellatur et deponetur.

30 Acta et facta sunt hec anno Domini M CCCC vigentesimo tercio, mensis maii die vigesima septima, hoc est in quinta feria sacre ebdomade Penthecoste, presentibus honorabilibus et religiosis discretis viris domino Thadeo, abbate Claricampi, fratre Meckardo, priore, et fratre Wighero, magistro conversorum ibidem, et domino Ghenone, curato in Dontimwald, domino Wilhelmo, curato in Ecwert, domino Johanne, 35 curato in Renismagast, domino Hobbrando, presbitero in Dockum, et converso Gerico, Jarico Jargisma, Dodone Doingha, Broris Alisma, Popkone Bruningha, Wiardo sartori, Aliwardo Doingha ac aliis presentibus testibus fidedignis, ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

40 In quorum omnium testimonio sigilla nostra in principio littere prememoratorum huic scripto sunt appensa.

45 *Origineel: A. RAF, Archief Klooster Klaarkamp, inv. nr 7. Perkament. Van de zeven uithangende zegels nog aanwezig: 1 (115), 2 (46) en 6 (58). In dorso: Testamentum honorabilis viri Dokonis Onnama de Dantimwolt, anno CCCC XXIII. Pro Clarocampo. XXXVI. De decem talentatis terre circa tugurium Petri Lichtvoet ex parte occidentali, et nomine ibidem ex parte orientali quinque, quinque talentata terre in Remka werrim et unam buppa da Dellim. XXX III.*

*Druk: a. GPCVI, 458-459.*

*Benedictus Doyngha*

In nomine Domini, amen.

Universis et singulis presentes visuris seu auditoris Theodri[cus] in Burghwert et  
 5 Heltatus in Hertwert, ecclesiarum rectores, cupimus fore notu[m] quod honestus et  
 discretus vir Benedictus Doyngha, parochianus in Burghwert, mente sanus, licet  
 corpore languidus, de anime sue salute quamplurimum sollicit[us], suum testamentum  
 in hunc modum qui subsequitur disposuit, condidit et ordinavit, secundum quod dixit  
 10 se claudere consangwinitatis extremitatem, ecclesiam dictam et Christi pauperes in  
 suos heredes voluit habere, et successores suorum bonorum instituit et ordinavit.

Et sic elegit suam sepulturam in conventu et ecclesia Floridicampi, ante altare  
 Beatae Mariae virginis, penes Getteka[m], pie memorie suam relictam uxorem, cui  
 omnia bona sua et predia in Nova Terra situata, cum onere ecclesiae ibidem annexo  
 et obligatione de Johanne Monckama ex parte Getteke praefate, ac eciam cum suo  
 15 honore, pro anime sue et suorum parentum salute dedit et assignavit, nichilominus  
 tamen, si aliqui comparuerint qui se veros et legitimos possent probare hered[es],  
 contra praedictam ecclesiae et Christi pauperum heredis institutionem, illis solum de  
 bonis Ghellingha in parochia de Oesterende situatis, ad venerabilis patris abbatis  
 Floridicampi, honorabilium et discretorum dominorum Alberti in Hertwert, Frederici  
 20 in Nova Terra curatorum, et mei Theoderici praenominati ordinationem, certa pars  
 dabitur et assignetur pro eorum certa hereditate.

Insuper Etheke, uxori sue legitime, quia honeste et diligenter habuit se cum  
 eodem, pro sua donatione propter nuptias in contract[u] matrimonii per presens litte-  
 ratorie expressas et parafarna sua: castrum, domum, castristadium, domistadium, cum  
 25 suis atinentiis et prediis propinquioribus ibidem situatis, ultra sexaginta talentata, ad  
 dictamen dominorum praedictorum ulterius dedit et assignavit.

Cetera vero predia ibidem situata ad sua debita solvenda et ad pios usus reliquit,  
 secundum eorum dominorum ordinationem, sed conventui Floridicampi de bonis in  
 Berlinze situatis domistadium cum predio septem talentatorum veluti circiter ibidem  
 30 dedit et assignavit. Insuper ecclesie in Burgwert et personatui in similia quatuor  
 talentata terre in Honnyghadyc, que in iudicio suo de Sifrido in Aeldeburgh recepit,  
 dedit et assignavit, sic quod ecclesia et curato<sup>a</sup> simul eidem Sifrido solvatur quod  
 superesse debet cum effectum.

Insuper commisit in Theodorico praescripto in praesentia testium infrascriptorum  
 35 ad hoc vocatorum et rogatorum, causas quasmodo sub secreto commisit, ordinare  
 secundum suam voluntatem et anime sue salutem.

Insuper ultra istam specialem testamenti sive ultime voluntatis ordinationem  
 constituit, instituit et ordinavit venerabilem patrem et honestos dominos, abbatem  
 Floridicampi, Albertum, Fredericum prefatos et me Theodericum, in suos veros et  
 40 legitimos testamenti executores, ecclesie dicte, Christi pauperum et anime sue  
 tanquam fideles dispensatores, primo ad sua debita solvenda, et aliorum suorum  
 bonorum pro anime sue salute et legatorum suorum ecclesiis, conventibus, prout eis  
 coniunctim visum fuerit, in veros ordinatorum, secundum bonorum suorum et cetero-

---

<sup>a</sup> C: curatus.

rum requisit[ionum] dispositionem. Et quidquid per eos actum vel gestum fuerit, ab omnibus ratum, gestum et firmum voluit observari inviolabiliter et sine aliqua condicione.

5 Testamentum istud voluit valere iure testamenti, quod si iure testamenti non valet, valeat tamen iure codicillorum vel cuiuscunque alterius ultime voluntatis.

Acta sunt hec in Burgwert, in domo Ockingha, anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo quarto, sabbato post Laurentii martiris, presentibus ibidem Heryngho et Allone in Andalahusem, Brudero ter Herne, Hitsero et Buone prope ecclesiam, Johanne de Oen, Reynero ter Tsille, Johanne Kynt et Johanne Hermanni, 10 testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

In quorum fidem et testimonium nos, Theodericus, Heltatus, ecclesiarum rectores, Herynghus in Andalahusem, sigilla nostra hiis presentibus duximus appendere, una cum sigillo Hyddonis ter Herne, qui nomine et ob petitionem Ytseri prope ecclesiam de Burghwert eciam sigillavit.

15 *Origineel (A) niet voorhanden.*

*Afschrift: B (15de of 16de eeuw, naar A?). Waarschijnlijk in een cartularium van Oldeklooster. Niet voorhanden. - C (17de eeuw, naar B). RAF, Archief Familie Van Sminia, inv. nr 1078, f. I'-I<sup>v</sup>. Opschrift: Geextraheert uyt een oudt geschreven boeck, soo [ick] gelove by een munnick van Oldeclooster, synde als een register van de aencoop ende tverkryghen haerer landen. Testamentum Benedicti Doyngha, mensionem faciens de prediis in Nova Terra et de prediis in Birns legata.*

8

1436 oktober 9

### *Menno Ponnama*

25 Anno Domini MCCCC XXXVI<sup>o</sup>, in festo Sancti Dyonisii et sociorum eius, Menno Ponnama, in presencia domini abbatis ac Atte, eius uxoris, ceterumque fidelium, compos mentis et corporis, suum testamentum constituit in hunc modum qui sequitur.

In primis quod seipsum et sua bona mobilia et immobilia assignat sicut et prius assignavit conventui in Jherusalem, pro amicorum suorum et eius salute animarum, ac oratione perpetua religiosorum predicti monasterii perfruenda, exceptis donis et 30 legatis que secuntur.

Primo namque dedit et legavit Sancto Vito in Uterdosum, pro salute et iugi memoria parentum suorum, octo scutata clinckardorum, qua Atta, uxor eius, persolvebit in bonis transsicon<sup>a</sup>. Item legavit Tiabboni, fratri mendicanti, scutatam clinckardi, quod etiam Atta, uxor eius, persolvebit, pro prediis ibidem emptis. Item legavit et 35 dedit partem bonorum suorum in bonis Buttama in Kulinghahurna viris Hedama, perpetuis temporibus. Item legavit ecclesie in Urisgast octo scutata clinckardorum, pro iugi memoria avi sui Baldingi Syerdessma et aliorum suorum amicorum ibidem quiescentium, que conventus persolvebit. Item dedit Atte, uxori eius, partem lignee domus

---

40 <sup>a</sup> *Boven de laatste lettergreep een afkortingsstreep. In druk a opgelost als: transsitionis. Lezing en betekenis onzeker. Mogelijk: transitoriis (vergankelijk).*

ad usum uxoris eius. Item assignavit et dedit Atte, uxori eius, omnia utensilia aurea et argentea que pro nunc temporis habent, pro utensilibus aureis et argenteis hinc etiam proditis et legatis in [sa]cristiam [in] Gherkescloster.

5 Item eodem tempore quo supra Atta Ponama predicta assignat, sicut et prius assignavit et dedit, monasterio predicto in Jherusalem omnem partem castri et edificiorum que sibi attingat seu attingere potest, et predia in Uterdyck situata sibi pertinentia, pro iugi memoria et sua prebenda persolvendum. Item omnia alia bona mobilia et immobilia Atte predictae pertinentia, erunt a nobis quita et absolvata, nisi de eius voluntate aliqua nobis pro maiore mercede a Deo habenda nobis donare vel  
10 legare procuraverit vel voluerit.

Item omnia predia inter duas fossas, scilicet in occidente et oriente nomine Ponna situata, infra aggerem et extra aggerem, spectant ad Mennonem predictum, cum altero dimidio graminato ex parte occidentalis fosse. Post vero eius mortem spectabunt ad monasterium predictum. Item predicti coniuges, scilicet Menna et Atta, suis temporibus emerunt ac mutationibus procuraverunt XX<sup>ti</sup> quattuor graminata, nomine in  
15 der Ponna, ex parte occidentali fosse, ex quibus Atta dimidietatem obtinebit, alteraque dimidietas post mortem Mennonis ad claustrum predictum pertinebit.

Acta et transacta sunt hec anno et die quo supra, in presencia dominorum reverendi domini domini abbatis Methardi in Gherkescloster, Henrici in Minorigast et E[ys]o[n]is  
20 in Uterdosum, specialiter ad predictum negotium vocatorum.

*Origineel: A. RAF, Archief Klooster Gerkesklooster, inv. nr 156. Perkament. Van de twee uithangende zegels nog aanwezig: 2 (28).*

*Druk: a. GPCV I, 515.*

9

1438 februari 28

25

### *Andlef Abbengha*

Int jeer Ons Herens M CCCC ende XXXVIII, op den freed tofarra Invocavit, so hather mackat ende ordineret Andlef Abbengha en testament om syn zeel salicheyt fan syn tytlyke guden, in aldussednighe menneren ende forme als hyrney scrioun steeth.

Int aerst so hatter macket Sywert, syn soen, to en riuchte erwe al syns gudes, byhale summighe sunderlinge articulen, lyafyeften ende legaten als hyrney scrioun  
30 staeth. Aldeerum so hatert ordineret, is dat secke dat Andleffs gued forscrioun an Beyka Abbengha hand falla schold of an oers handen deer fan Abingha huus naet uutbernd sint, so schellet Tzaling ende Adzert, syn sonnan, hyara parten namma, bode fan moders gued ende fan feders gued, ghelyck oft hya da kovent nat byfellen weer,  
35 also to forstan dat ellick syn part namma schel fan al da guden.

Alderney is dat sack dat Abinghe erfnamen dae presteren ende dae helge tzerke to Blye naet foldwe in braed, in offer ende in oers gude wercken als dat heert, so schellet Abbingha statha ende huuss, stens end stensweer, ende da landen uppa Longa delem, also lanc ende also breed so Abingha huus mitter greft da uutwysen is, da  
40 presteren ende da hellige tzercke warria ende fuldwan foer Abingha gasta.

Aldeerney so schel dy abbet to Garda, Andeleffs soen, habba twen huussteden to Lewert, der Buwa in fortiden toheerd heed. Aldeerto so scheller habba den gulden

penning, da selwer rakens mit solke handen als se foersyrit is, aldeerto Beyke syn moders solveren knap. Disse forscioun schel hy bruka ende berschya to syn ayne wella, men diss tween huusteden forscioun da schellet weerin<sup>a</sup> to Abinga huus als dy abbeth lyves bylyowet. Aldeerto so scheller habba dy abbeth foerscioun da solveren snoren tot syn frya wella.

5 Aldeerney so hatter toleyt Adzer, syn soen, dat solveren foerspan, ende dat schel aerst in da abbets bysittinga set werda. Men is dat secke dat hy dat forkapya wol, so schelt Sywert fan syn broer inlesa ende bytalliat hem. Item so schel Adzer habba tween huusteden to Lewert, der Atie grutester dan ena fan bruket ende Wellum berbeer den oura. Da schel hy bruka to syn lyfstond, men hwanneer hy lywes bylyowet, so scellet hya weerfalla an da nesta eerwen to Abbingha huus. Aldeerto so schel Adzert habba tween golden regghen, to leten ende to laughyen hwer dat hy wel, ende disse forscioun regghen schel dy abbeth in syn byhoed hebba, al heur dat Adzer da byfellen werdet.

15 Item so hatter Hylka, syn lyafte, toleyt foer en lyafeyfta to ewegha deyem tyendahalen schyld aldes jeldes in heren rema der Andliff uutjawen hat. Aldeerto so schel Hylyck forscioun habba to hyr lyffstond fyer ende twintich para boesemslagen. Item bet XL sydslaghen, aldeer schel Sywert den heldeel fan habba, ende Hylick dan oer haldeel to hio lyfstond. Aldeerney so schel Hylick habba toe hyr lyfstond da landen deer heten sint IIII, pundameten deer lidzen sint by Hwinthe wirwe, to lyafeyften, mer deer schelme alderarst Jelkka to Binten ful fan dwan fan dat landewezel der mit malkorem deen is, of hit weer sack dat Siwert ende Hylick oors mit malkorem in freedscyp fan disse forscioun landen schicke mocht.

20 Item so hatter toleydt da patroen to Blya, Sunte Nycolaes, alwa ansa seedland, lidzende by da Tzerckwey. Item da solveren knapen deer Hylick an hiar kapa hat, da schel hio bruka to hiar lyfstond. Item da presteren to Blya XXVII anza seedland by Deyngha steed foer een ewich incommen foor Abinga gasta. Item da tzercka to Blya een pundesmeta meedlandiss by da Hascampen to temmer. Item da person to Blya an renschen golden. Item da jungherprester an postelatgolden. Item her Egbert an arnsgolden.

25 Item elke person in Ferwerderadeel twen ald flams<sup>b</sup>, ende elk vicarius an. Item to Aldahou to Lewert to temmer XXII anza by Deynma utera land by der Swettha. Item da abbeth to Dockum an schield to tzercka temmer. Item da presteren to Clerckamp an franschen schield. Item syn neften to Forswert tue ald flams<sup>b</sup> ilken, ende al da oer susteren in Forswert an alden flams<sup>b</sup>. Item to Sinte Mariaegarde an franschen schyld to temmer. Item to Syon Taka susteren fan Alsin illick tween flams<sup>b</sup>. Item to Syon, to Forswert, to Garnawert, Bethlahem, to elken twa tonna gudis byaris. Item Lutteke Taka Unammes tween ald flams<sup>b</sup>. Item 4 bidden orda an renschen golden. Item in Thabor, in Lyoghinghatzerka, to Aldaclaster, ellick an franschen schyeld. Item to da haudtzercken in Dongeradeel, in Ferwerderadeel ende in Lewerderadeel tween ald flams<sup>b</sup>, ende dae capellen an. Item so hatter byjarret en ordineret dat Wytza, Wytza Syolinghen soen, schellet fulgia twyra pundameten deer lidsen sint by Sunte Mariaegarden, indem datter hem in dat claster byjout, mer is dat dat naet en schyth, so schel Sywert da landen to hem nemma, ende schel Wyko forscioun da heer bytallia fan de

---

45 <sup>a</sup> *Misschien te lezen als:* weer infalla.

<sup>b</sup> a: flax.

twam hustedem, deer Andlef opberd had fan der tyt dae Andlif Wyka mond wesen hath. Ende fortmaer so hatther toleyd da tzerka to Blya to temmer da landen by Benthama fen, der by aldis Ydeka Sydsma toheerden. Item so hatter byspritzen syn besta tabbert mit da slaghem, alsodeen so hy is, Ons Liava Frouwe to Blya, hir byld  
5 mey to forghulden.

Item so hatter ordineret, weer dat seck dat Sywert sunder testament stoer, so schel dy abbeth to Sunte Mariaegarde ende Adzer, deer syn kynden sint, da riuchta erwen wassa to Abbinga stathim, als huus ende huussteed, stens ende stensweer, als forscrioun is, mit XXX pondameten landen deer Abingha stathim alderneyst ende  
10 aldergadlykest lidzen sint. Item da presteren to Sunte Mariegarde illick tween ald flams<sup>a</sup>, mer her Sywert to Sunte Mariegarde sex ald flams<sup>a</sup>.

Haec praedicta, disse foerscrioun articulen ende punten sint nemmen fan werd to werd ut dat weerheftigha testament Andlef Abinghens, deer God nedich se, sunder allerhanda falscheyt ende ny infynda, deer ick, her [\*\*\*]<sup>b</sup>, byorknye mit myn selfvis  
15 zighel.

Int jeer Ons Herens M CCCC ende LXXXIX, up Sunte Urbanus dey pape.

*Origineel (A) niet voorhanden.*

*Afschrift (mogelijk onvolledig): B (1489 mei 25, door heer N.N., naar A). Niet voorhanden.*

20 *Druk: a. Schotanus, Tablinum, 130-131 (naar B). Opschrift: Testamentum Andeleffs. - b. OFO III, nr 21 (naar a). Met onjuiste datering 1488 februari 22.*

25 *De datering M CCCC ende XXXVIII is in druk b aangevuld tot: M CCCC ende <L>XXXVIII vanwege de vermelding van het jaartal 1489 aan het slot. Dat heeft echter betrekking op het afschrift. Ook de inhoud van het testament wijst op 1438. Zo vermeldt Andlef twee zonen in een klooster, Tzaling en Adzert. Goederen van Adzert worden in bewaring gegeven aan de abt van Mariëngaarde, zoon van Andlef, die dus wel mag worden geïdentificeerd met Tzaling. De 22ste abt van Mariëngaarde (1427-1462) was Tzialingus (Sibrandus Leo's abtenlevens, 24-27). Wel was ook tussen 1485 en 1512 een Aebinga abt, maar die heette Tako, en stamde waarschijnlijk uit de Aebinga's van Hijum en Hallum.*  
30 *Andlefnoemt verder slechts één zoon die in de wereld is gebleven. Dit strookt beter met de 'oude' Andlef dan met de 'jonge', die zes of zeven kinderen heeft gehad (UvB, f. 31').*

10

1439 oktober 9

### Wpka Doyema

In Dei nomine, amen.

35 In da jere Uus Herens deerma screeff M CCCC ende XXXIX, wp den sanenda idus in da monna deer heten is october, en byscheden man deer heten is Wpka Doyema to Mersum, hath meckit testament ende aen lesten willa, by sunda synne ende by gansa liwne, ende waes bysinnen syn krancke menscklickheed, dat wy naet wistera hebben

---

<sup>a</sup> a: flax.

40 <sup>b</sup> De naam is niet ingevuld.

dan den daed ende onwistera dan dae stund dis daedis, ende hath aeck mecket by reed  
syns personis ende jelkere guedane lioda, in aldicka manera als ney fulghet.

5 Int aerst soe hatter byjareth syn leggerstoed by dae helga patroen Sinte Pontianus  
to Mersum, ende hath maket Swoba kynden Aylwa to een riuchta eerwa al sins guedis,  
uutseyd dae bockinga en dae jefta.

10 Int aerst soe hatter boecka dae personne to Mersum tryra pundameta ende IIII anza  
in dae Dyckland by Lioyngia huus. Item soe hatter boecket da jongeraprester niogen  
pondameta nesta dyke by da nordera igges weys, ende foerd so scil die jongeraprester  
reecka Sinte Poncianus fiowr pondameta in dae Grata stucke, by rede des jongera-  
presters ende Wyerd Rycka, ende disse foerscrioun IIII pondameta hatter byfellen  
sonderlingen her Ayszen ende Wyerd Rycka to here jefta to sellen, ende dae bytael in  
dae tzerka to keren. Item so hatter boecken dae persona aen klenckert, ende den  
jongereprester aen goldene.

15 Item Sinte Christophore to Yngelim II pundemata, en dae persona alsoe foel, ende  
dae jongereprester II gulden. Item to Beethgem Sunte Martino I hael pondameta, ende  
da persona also ful, ende dae jongerprester II gulden. Item to Deynum I pundameta  
Sante Johannis, ende da persona also ful, ende dae jongerprester II gulden. Item to  
elker tzercka in dae dele II golden, ende dae personen II golden, ende jongerprester  
I golden. Item to Bayem ende to Aenyem in elleka loege in dae kustera II gelden. Item  
20 her Harmen wp da Scingen an goldena. Item elka biddenda broeren en hael lepen  
koorns jetta een lepen hyowra.

Item soe hatter Rioerdis kinden toleyd niogenteen pondameta landis by dae Greena  
wey, ende jelkers dat oer gued willer Swobba kinden to. Item so hatter Focke, syner  
lyawne, <toleyd> to lyaeffjeftina to her lyffstond dat stens ende tryra kuwagers ende  
25 thet algued.

Dit sinth da toroepen orkenen: her Jella person, her Ayszens, Kapa dy scroeder,  
Schelta Lamkama, Galla Gapkama, Wyerd Rycka ende Hans dy scroder.

Item is dy sechk dat Rioerdt aldeer naet bynoeghia letha wel, soe schiller naet  
habba.

30 *Origineel (A) noch afschriften voorhanden.*

*Druk: a. Schotanus, Tablinum, 123 (naar A?). Opschrift: Testament van Upke Doyema  
to Marsum, anno 1439. - b. OFO I, nr. 78 (naar a).*

11

1440 mei 8

*Peter Kammengha*

35 Int jeer Usis Herens thusend fiowerhundert ende fiowertich, up Sente Wironis dey,  
zo had Peter Kammengha, froed ende wys van zenne, al was hy krank van lichama,  
maecked zyn leste testament ende lesta willa, ende welde dattet fest ende machtich  
scille blywa, in aldusdena manere als hirney scriowen steth.

40 Int arste zo maeket hy to eerwa al zynes guedes, tilber ende ontylber, uuthzeit  
jefta ende bokengha, zyne fiower kyndan, in aldusdena manere dat Sicko ende  
Zywyh scillet habbe da twene delan, ende Thiamke ende Zacke den threndel zynes  
guedis. Ende da stattha to Kammenghabuer scillet Sicko ende Sywich to forende

habba. Ende Thiamke ende Sacke scillet by frionda rede ende by da maerra dele der  
mondena bostegia, zo scillet hia den thremdel habba. Ende Sicke, zyn Iya, scil habba  
da bihiede der statthena to Kammenghabuer, ende scil bruka ende regeria alla da  
guede ond tha kynden to bueckwesta kommeth, by rede der mondena der hy da  
5 kynden ende da guede byfellen had, als Menno Jayama, Gerrard Kammengha, Renyck  
Kampstera ende Syko Mirtena.

Item zo habbet Peter ende Zyce onder hemman maeked ende bygrypen dat thet  
ene kynd scil up dat ore lawghia, hudanne da friondan Zyca naeth moye ende myth  
10 frede up da huze ende in da guede lete zitta. Zo hat hio ther nyes consent to racht dat  
thet ene kynd up dat ore scil lawghia. Item zo had Peter Zyca to hir lyffstonde toleid  
al da stethan uppa dyke, uuth on dath dyap, uuthzeit Ubele steede Kammengha, den  
scil Ubelo byhalden zonder here to zyner lyffstonde, ende Garrerd scil aldeerfore weer  
upbaerra uppa Hoecke alzo fule als hem blyka mey.

Item zo had hy zyne legherstoe byjared to da jacopinen by User Frowa tot Noed.  
15 Item zo had hy boecket hondert klencarda, da scilma dela by her Hoytis ende her  
Reynerdis ende der mondena rede.

Item da spreke der hy had up Edo kyndan Kampes, da byfeld hy da monden.

Dit testament is maeked in fule gudera lioda andword, als her Hynricks, zyn  
persona to Kammenghabuer, broder Thomas Kraen, her Hoytis, her Rennerdis, to  
20 Liowerd presteran, ende Syko Mertena, Renich Campstera, Garrerdis Kammengha  
ende Ubeles Kammengha, der aldeerto ropen ende beden weren.

Jowen ende scriowen des jeris ende dis deis als vorsc. is, etc. etc. etc.

In ene kenneze disser wurde zo habbet wy, Hynrich, Hoyt ende Reynerd, presteran,  
ende Menno Jayama, Gerrard Kammengha, Syko Mertena ende Renyck, use zygele  
25 on dyt breeff hanghet.

Datum als vorsc. is, etc.

*Origineel: A. ARA, Archief Nassause Domeinraad, Hoofdarchief, inv. nr 10313.7.  
Perkamant. Van de zeven uithangende zegels nog aanwezig: 3 (106), 5 (42). In dorso: Peter  
Kammyngha testament.*

30 *Druk: a. OFO II, nr 215.*

12

1442 november 17

### *Titardus carpentator*

In nomine Domini.

Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, in  
35 sabbatho id est ante profesto Elizabethae viduae, in mei Andreae vicarii in Almenum  
et testium infrascriptorum praesentia personaliter, Titardus carpentator, parochianus  
in Almenum, corpore et mente adhuc sanus et firmus, in hunc qui sequitur modum  
suum fecit et ordinavit ultimum testamentum seu ultimam suam voluntatem constituit.

In primis legavit Sancto Michaeli, patrono suo in Almenum, duo talentata terrae,  
40 vocata Lange ghers. Deinde legavit presbiteris in Almenum portionem perpetuam  
supra praedium in Aedlum. Insuper legavit curato suo clinkardum, et domino Andreae  
